

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ambicio 1
cum uariis

Multi non tanta fiducia et alacritate current ad honores, si et se sentirent. Et onere grauari metuerent, nec cum tanto labore et periculo quarumlibet affectarent infulas dignitatum. Nunc uero quia sola attenditur gloria et non pena, purum esse clericum erubescitur in ecclesia, sese uiles estimant et inglorios qui quocumque eminentiori loco non fuerint sublimati.

Bernardus in epistola ad Henricum Senonensem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Ambicio l] Ambicio m L²; sentirent. Et onere] sentirent onere P V¹ V² L¹ L²; inglorios] inglios V¹, inquilinos V² L¹ L²